

## **Geschichte der Grundherrschaft Echternach im Frühmittelalter (Ed. Wampach) Nr. 116**

In Dei nomine. Ego Alfula pertractans tam de Dei parte quam et reverentia sanctorum, ut veniam adipisci merear de peccatis meis, idcirco dono portionem meam in loco qui dicitur Haldonvilla ad basilicam sancti Petri et sancti Willibrordi, id est tam campis, silvis, pratis, aquis aquarumve decursibus, et quicquid ibi visa sum habere. Si quis vero de heredibus meis – ut supra. Actum anno XXVIII regnante Karolo rege.